

fatagebat, id semper habens in votis, ut lapsos fideium mores, qua verbo, qua exemplo corrigeret, atque animos ad Dei amorem inflammaret. Prae ceteris id assequutus est, ut Sacramentorum frequentem usum in sodales primum, de hinc in alios ferventiore spiritu induceret, magno cum eorum compendio, qui elutis animarum sordibus ad Caeleste epulum accedebant, quod propriis ipse manibus saepe illis ministrans, identidem ad eisdem amorem, ac sitim ignitis planè colloquiis lacrymarum vi, as suspitiis intendebat.

Instituit Ordinem Clericorum Regularium.

Carafa a Jator S. Cajetani.

§.5. Verum Romam reversus, inito cum similis memoriae Paulo IV. etiam Praedecessore nostro, tunc in minoribus constituto Joanne Petro Carafa nuncupato, & Episcopo Theatino consilio, de restituendo ad pristinam formam Clero cogitare cepit; Quare illo adjutore, ac citisque duobus aliis eximia pietatis viris ex praefata Divini amoris de Urbe Sodalitate Bonifacio nempe a Colle Nobili Alexandrino, & Paulo Consiliario Romano, Clericorum Regularium Ordinem ad Ecclesiae primitivam normam instituit, seu potius instauravit, qui videlicet ad eorum morem, quibus cor unum, & anima una fuisse legitur, abdicata rerum omnium temporalium cura, ipsaque emendicandi sollicitudine, ex solis elemosynis sponte oblati viverent, Deique Omnipotentis misericordiam expectarent, atque ita pristinam illam Apostolicam vendi formam ex integro redditam, magno cum Ecclesiastici nominis fenore, haereticorumque illud temere deprimendum rubore, hic Dei Servus in Orbem postliminio revocavit, armavitque Apostolica auctoritate tribus substantialibus votis, Legibus, & Institutis statuit decorisque Clericorum oppido consentaneis, ejusdem memoriae Clemente Papa VII. pariter Praedecessore nostro approbante, ipsoque Dei sermo una cum focus in Vaticano Templo hanc Regulam publicè profertente. Quam quidem vendi formam visa est non semel Divina providentia rebus in arcto positis, miraculis comprobasse, cavique sedulo Cajetanus, ne quid unquam ea detrimenti caperet, praesertim cum oblatos ulero Neapoli fundos, ac Census constantissimè recusavit, & objectans Domini verba: Respicite volatilia Coeli, non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & Pater vester Caelestis pascit illa.

Constantia in adversis.

§.6. Ut autem praecleara Servi Dei virtus non in prosperis solum exerceretur, sed in adversis etiam probaretur, tunc praeceteris eximia ejus aequanimitas enituit, cum in immani illa Urbis direptione a militibus deprehensus, creditusque, ut olim, divitiis abundare, ut eas proderet, favissime tortus, eam tormentorum vim mira animi tranquillitate, ac mansuetudine perpeffus est, eoque tandem in teterissimum carcerem cum focus detruso, accidit, ut quadam die carentem cum ipsis laudes alternatim latiori voce, ac si in oedeo essent, audiret Hispanorum quidam Tribunus, qui profecto tantam demiratus alacritatem, tantamque in perferendis malis constantiam, illico, ut relaxarentur, atque in sui gratiam liberi dimitterentur, a Commilitonibus suis enixe petiit, obtinuitque. Vinculis exsoluti ad Tyberis Ripam tendunt, incerti animi, quo potissimum transmitterent, cumque commeatum, & pecuniam

non haberent, adfuit Divina providentia, vel ipsos Aggressores interne movens ad stipem ultro itinensque viaticum erogandum; Inde venientes ad Ostia Tyberina, Venetum Oratorum auspicio offenderunt in Patriam solventem, a quo benigne excepti, & liberaliter habitati Venetias tandem obtinuerunt.

Neapoli domum fundavit.

§.7. Ibi per annos aliquot Dei famulus commoratus, admiranda paupertatis, & caelestis plane vitae famam diffudit; Cumque interim exemplares hos Clericos habendi desiderio flagrans Neapolitana Civitas, interposita ejusdem Clementis VII. Praedecessoris auctoritate id egisset, ut illuc migrare, ac domicilium figere per obedientiam ardeantur, profectio, & muneris Cajetanus eligitur, ac nove illius Domus Praepositus postea pronuntiatur.

Flamma Divinae Charitatis.

§.8. Porro, ut tanti viri virtutes egregiae innotescant, praestat eas ultra superius delibatas summam percurrere, quo per viam salutis incedentibus esse valeant exemplo; ea in primis Divinae Charitatis flamma, quam jam dudum in praefato Divini amoris sodalitate conceperat, aestuabat, ut intra pectoris sinum contineri eorum non sustineret; hinc juges lacrymae, suspiria, gemitus, estases, tanti ardoris indicia. Hinc ut omnes eadem flamma succenderet, discurrebat huc illuc in similitudinem fulguris coruscantis, atque ut Amicum Praesulem ob negotiorum copiam, quibus destinebatur, Sacrum quotidie facere omittentem moneret, Romam advolat, vel aestuante Canicula, pioque officio functus Neapolim illico rediit.

Zelus Catholicæ Fidei.

§.9. Catholicæ Fidei Zelo, & ad haereticorum confusionem Ordinem Clericorum Regularium instituit, ac plura haereticorum monstra, earumque latebras sedula Inquisitione non semel detexit, ac profligavit, ejusdemque Fidei ardore absumptus creditur interisille, cum Tridentinam Synodum a conceptis desistere, & ulterius non progredi tunc videret.

Orationes.

§.10. Orationi ita addictus erat, ut quidquid a Domesticis negotiis, atque animarum procuranda salute temporis, aut otii superesset orationi, aut meditationi daret, mane matutinas preces maturius antevertentes ac vespere ad multam noctem orans, ante Aram maximam elevata in Deum mente transigeret, Divinam rem facturus, totus in lacrymas effundebatur, seque eo ministerio indignum reputans, Magnae Matris, cujus erat obsequentissimus, opem implorabat, ut vivificum Agnum ea, qua decebat, devotione suscipere, concipiens dulcissimum quodam mentis obtata adesse inibi Deiparam, quae lectissimum Filium prona, ac munifica manu porrigeret.

Cultus erga quosdam Sanctos.

§.11. Inter Sanctos, quos Patronos, ob specialem cujusque prerogativam, atque ad imitandum sibi proposuerat, majori colebat affectu, in primis Petrum Apostolorum Principem, suae Congregationis Patrem, & Antecessorem, cui propterea ex sui praescripto nominatum vota solemnia a Clericis Regularibus nuncupantur, Andream item Apostolum, & Lucam Evangelistam ob ardens in eisdem desiderio Crucis tessera voluit suum Ordinem insigniri, Franciscum etiam Assisinatam ob idem Crucis consortium, atque ob paupertatis amorem, praecipuo quodam cultu venerabatur.

Studium pro solo Regno Caesali.

§.12. Spe in Deum erecta sollicitudinem omnem

omnem projiciebat in eum, ut propterea unicam hanc in Deo fiduciam Ordini suo pro latifundo dederit, totusque erat in Regni Caesalis inquisitione, animarum sollicitudine, Verbi Dei praedicatione, Sacramentorum sedula administratione, Divini cultus nitore, exactaque Sacrorum Rituum observantia, quantum quidem peculiare studium suis demandavit, & ejusdem Clementis VII. Praedecessoris jussu Breviarium Romani reformationem, una cum praefato, tunc in minoribus constituto Joanne Petro Carafa sodali suo aggressus est, quae postea novis curis absoluta in Romano Breviario vulgata est.

Asperitas.

§.13. Corpus afflicto integras quandoque noctes insuamebat, ferrea catena, & flagris illud diverberando, cibus illi vulgaris, & parvus, ac sepillime solius panis, & aqua, somnus brevis, & in stramentitia culcitra cujus decubitus etiam in ultima aegritudine ad extremum usque sustinuit, tamen Medicus in illa decumbentem nimium laborare advertens, admissus fuisset, ut aliam molliorem admitteret: cui Cajetanus: Mene inquit tam molliter emori, atque in cinere, & cilicio mori debeo, & volo.

In lingua, & oculis moderatio.

§.14. Oculos, & linguam ita compefcuit, ut integros dies silentio praeteriret, & illos semper humi deixos teneret; nec ullis unquam illecebris potius animus ejus vinci, aut curiositate moliri: quo factum est, ut si quando praenobiles Matronae eum alloqui vellent, prope accedere non auderent, ni omnino foemineo cultu seposito, exteriorem corporis habitum ad Christianae humilitatis ac modestiae leges componeret: Quippe Angelicam ejus puritatem, gravitatem, ac modestiam orient reverebantur: itaque singulare in eo fuit ut advertantes mire raperet ad virginitatis amorem, ac calibem in Cenobis vitam capellendam. Quippe a diuturnis, & inveteratis carnalium cogitationum stimulis vexabantur, ab illis se prorsus agnoscebant, ubi primum Deo sermo se commendare ex corde aggressi sunt, aut ejus alloquio, vel praesentia frui concessum erat. Quare tria Mulierum Monasteria Neapoli excitavit: Alterum Sacrarum Virginum sub archissima Capucinarum Regula. Alterum Feminarum, quae pudicitiae iacturam aliquando passae ad portus salutis per poenitentiam post naufragium confugiebant, & tertium Monialium Sanctae Mariae de Sapientia nuncupatum Institutrice Maria Carafa praefati Pauli Praedecessoris Sorore, a quo illius regimen Servo Dei, ejusque Ordini peculiari jure commissum fuit.

Humilitas.

§.15. Humilitate, dimissione animi, ac vilissima sui aestimatione insignis Frater, & Agnatus, qui magno cum Comitatu, & pompa Neapolim ad ipsum invisendum perrexerant, ne alloqui, aut de vultu quidem excipere voluit, quippe qui ob Christi amorem mundo, & pompis jam dudum valedixisset, non alio nomine, aut titulo se epistolis obsignabat, quam Cajetani Presbyteri miseri peccatoris: abjectissima quaeque ministeria, vel in saeculo degens capessivit, & quamvis primus Ordinis parens foret, ejus tamen regimen assumere non est passus, sed memorato tunc in minoribus constituto Joanne Petro Carafa cessit. Defectus corporis ad confusionem pandebat; animi vero dotes, atque a Deo accepta dona pro viribus occultabat. Quod si quando charitate extimulante quicquam ra-

Primus Ordinis Parens.

rum, vel insolitum suis a Deo precibus impetraret, Sanctorum potius intercessionibus, vel ipsianis, aut orationis virtuti tribuebat.

Aliae virtutes.

§.16. Denique obedientia, paupertas, moderazione animi in adversis, providentia, ceterisque virtutibus ita eluxit, ut constans fuerit multorum opinio illum sublimioris Sanctitatis gradum attingisse, & consuetas metas praetervolasse.

Obitus.

§.17. Quibus virtutibus cumulus, ac laboribus, vigiliis, arumnis, jugique sui corporis excruciatione fractus, multoque magis morbo & animi morore correptus, quod acta per eos in seditionem Plebe graviter Deum offendi cerneret, quodque Tridentinum Concilium, in quo maxime fidebat, interruptum videret, spe sua frustratus, & ad extremum usque, integris tamen sensibus, & vigore animi perductus, Ecclesiae Sacramentis summa pietate, ac spirituali gaudio refectus, & veniam a Confratribus suis, quos nunquam offenderat, deprecatus, in Crucifixi Redemptoris complexu piissime obiit Neapoli die septima Augusti 1547. Qua die populares illi tumultus ipsius intercessione, ut creditur, sedati sunt.

Exequia.

§.18. Ad corporis in Ecclesia omnium votis, & solatio expositi venerationem ingens populi multitudo confluit, quae jamdiu conceptam Sanctitatis opinionem multiplici testabatur veneratione, manuum, pedumque deosculacione, ac lacrymis, quas optimi apud Deum Intercessoris iactura ultra erumpentes trahebat. Fama itaque Sanctitatis, quae in vita invalverat, gloriosus, & longe, lateque post obitum diffusa mirum in modum percurrebat, non traditione solum, & memoria ejus singularium virtutum, sed excellentia miraculorum, signorum, & gratiarum, quibus in vita, & post mortem mirificavit Dominus Sanctum suum. Cujusdam enim ex Religiosis Beati Instituto addictis crus alterum ex gravi lapsu sic fuerat extractum, ut Medicus, quia adhibita varia remedium genere, nihil proficere noverat, extremum illius secandi consilium inisset, sed cum Beatus vir, ut in postero diem sectio differretur rogasset, noctu decumbentem adit, ac fascis detractis in genua procidens, agrum, ut una secum orationi operam daret, admonuit, eaque breviter absoluta, signo Crucis vulnus signavit, & osculatus est, & illo rursus obligato discessit. Reversus mane Medicus interrogatum agrum doloris omnis expertem audivit, & luxatum crus, solutis fasciis perinde integrum reperit, solidumque, ac si nunquam afflicto, fractumque fuisset: vix tanti vulneris remanente vestigio.

Miracula.

Sanavit crus fractam.

Comes Georgius Trivulsius viginti dierum febris eo fuerat adductus, ut nec cibum, nec aliud quidpiam, quod rescindenda natura ingereretur, retinere minisque deglutire valeret, pulsque amissa a Medicis morti proximus fuerat proclamatus: sed ab Uxore Beato Cajetano comendatus parum Jusculi suscepit, retinuitque, & post brevissimam quietem a febre, & morbo convalescit incolumis.

Virum a gravi morbo liberavit.

Helena Gritta Nobilis Veneta, per duos fere menses febre continua, magnisque angoribus oppressa, jacebat immobilis, deficiente loquela, ac profus desperata a Medicis salute, sed intimo cordis affectu ope Cajetani implorata membrorum vigori, & sanitati statim restituitur.

Item mulierem.

Petrus

rem Elesti, Caroli Hispaniarum Regis Catholici, & tunc existentis Ducis, & Republice Venetorum post Sacros Hymnos, Litanias, aliasque preces, ac post Spiritus Sancti gratiam rite implorant; ad honorem Sanctae, & individuae Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicae, & Christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Jesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac sua, matura deliberatione praehabita, ac divina ope sapienter implorata, ac de praefatorum S.R.E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum tunc in Urbe existentium consilio, Beatum Cajetanum una cum Beatis Francisco Borgia, Philippo Benitio, Ludovico Bertrando, & Rosa de Sancta Maria SANCTUM esse decrevit, & definit, ac Sanctorum Catalogo adscripsit, statuens ab Ecclesia Universali quolibet anno die septima Augusti memoriam ejusdem inter Sanctos Confessores non Pontifices recoli debere, in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Indulgentia plenam in ista die Canonizationis, & alia 7. ann & totidem quadr. in eius festo concessa.

§.24. His peractis Deum Patrem Aeternum, Regemque Christum Dominum Patris sempiternum Filium, ac Sanctum Paracletum Spiritum, unum Deum, unumque Dominum laudibus, & confessionibus veneratus, Sacroque Hymno Te Deum solemniter decantato, peculiari oratione etiam per B. Cajetani merita precatus fuit, atque ad Altare Beati Petri Apostoli cum ejusdem Beati Cajetani commemoratione celebravit, omnibusque Christianis inibi praesentibus plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem concessit. Visitantibus autem quotannis in die Festo ejusdem S. Cajetani Sepulchrum, in quo ejus corpus requiescit septem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis penitentibus, misericorditer in Domino relaxavit in forma Ecclesiae consueta.

Declaratur verissima esse relata omnia ab hoc Pontifice.

§.25. Ne autem de Decreto, definitione, adscriptione, statuto, concessione, relaxatione, aliisque praemissis ex eo, quod super illis ipsius Clementis praedecessoris Literae confectae non fuerint, valeat quomodolibet haesitari; volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quod Decretum, definitio, adscriptio, statutum, concessio, relaxatio, aliaque praemissa a dicta die duodecima Aprilis anni 1671. suum consequantur effectum, ac si super illis ipsius Clementis praedecessoris Literae sub Datum ejusdem diei confectae fuissent, prout superius enarratur. Quodque praesentes Literae ad probandum plene Decretum, definitionem, adscriptionem, statutum, concessionem, & relaxationem, aliaque praemissa ubique sufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur.

Clausula.

§.26. Caeterum, quia difficile foret praesentes nostras Literas ad singula Loca, ubi opus esset, deferri, volumus, ut earum exemplis etiam impressis manu publici Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem ubique fides adhibeatur, quae eisdem praesentibus adhibetur, si essent exhibitae, vel ostensa.

§.27. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum voluntatis, & Decreti infringere, eique ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Pe-

tri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo nonagesimo primo, Idibus Julii Pontificatus Nostri Anno Primo.

Ego Innocentius Catholicae Ecclesiae Episcopus.



- Ego Alderanus Episcopus Ostiensis Card. Cybo.
Ego Flavius Episcopus Portuen. Card. Chisus.
Ego Jacobus Episcopus Tusulanensis Cardinalis Franzonus.
Ego Palatinus Episcopus Sabinen. Cardinalis de Alteris S.R.E. Camerarius.
Ego F. Tit. S. Mariae in Via Presbyter Cardinalis Maidalebbius.
Ego Carolus Tit. S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis Barberinus.
Ego Nicolaus Tit. S. Calixti Presbyter Cardinalis Acciajulus.
Ego Gaspar Tit. S. Mariae Transiberim Presbyter Cardinalis Carpineus.
Ego Caesar Tit. Sanctissima Trinitatis in Monte Pincio Presbyter Cardinalis d'Estrees.
Ego Franciscus Tit. S. Marthae in Merulana Presbyter Cardinalis Nerlius.
Ego Hieronymus Tit. S. Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis Casanate.
Ego Galeatus Tit. S.S. Quirici, & Julitiae Presbyter Cardinalis Marscottus.
Ego Fabritius Tit. S. Chrysogoni Presbyter Cardinalis Spada.
Ego P. Thomas Howardus Tit. S. Mariae super Mineruam Presbyter Cardinalis de Norfolkia.
Ego Joannes Baptista Tit. S. Ceciliae Presbyter Cardinalis Spinula.
Ego Savus Tit. S. Petri in Vincula Presbyter Cardinalis Millinus.
Ego Laurentius Basilica Duodecim Apostolorum Presbyter Cardinalis de Laurea.
Ego Jacobus Tit. S. Mariae in Ara-Caeli Presbyter Cardinalis de Angelis.
Ego Joannes Tit. S. Petri in Monte Aureo Presbyter Cardinalis de Gessen.
Ego P. M. Tit. S. Marcelli Presbyter Cardinalis Petruccius.

Ego

- Ego Joseph Saens Tit. S. Balbinae Presbyter Cardinalis de Azuirre.
Ego Leander Tit. S.S. Nerei, & Abillei Presbyter Card. Colloredus M. Penitentiarius.
Ego F. Tit. S.S. Joannis, & Pauli Presbyter Cardinalis Carafa.
Ego Bandinus Tit. S. Thoma in Parione Presbyter Cardinalis Panciatius.
Ego F. Tit. S. Clementis Presbyter Cardinalis de Aduna.
Ego Passanus Tituli Sanctae Agnetis extra Moenia Presb. Cardinalis de Janson de Foorbin.
Ego Joannes Baptista Tit. S. Laurentii in Pane, & Perna Presbyter Cardinalis Rubinus.
Ego Joannes Baptista Tit. S. Bernardi Presbyter Card. Costagutus.
Ego Flavius S.S. Cosma, & Damiani Diaconus Cardinalis Asallius.
Ego Petrus Tituli S. Laurentii in Damaso Cardinalis Diaconus Ottobonus S. R. E. Vice-Cancellarius.
Ego Carolus S. Mariae in Cosmedin Diaconus Card. Bichius.
Ego Augustinus S. Mariae in Porticu Diaconus Cardinalis Homodeus.
Ego Joannes Franciscus S. Alriani Diaconus Card. Abanus.
Ego Franciscus S. Angeli in Foro piscium Cardinalis Barberinus.
Ego Laurentius S. M. in Aquiro Diaconus Cardinalis de Ateris.

IV.

Dat. 15. Julii 1691. Ab. 1. Promulgatur Canonizatio S. Joannis de Deo una cum Indulgentia in ejus festo.

Beatus declaratus fuit ab Urb. VIII. die 21. Septembris 1630. Sanctus vero ab Alex. VIII. die 16. Octob. 1690. P. 2. alias Canonizationes vide in Constitutione precedenti, & sequenti.

INNOCENTIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Rationi congruit, & convenit aequitati, ut ea, quae Romani Pontificis provida deliberatione, ac Venerabilium Fratrum suorum S.R.E. Cardinalium, necnon Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, tunc in Romana Curia commorantium unanimo consilio decreta, definita, & statuta fuerunt, licet ipsius superveniente obitu literae Apostolicae desuper confectae non fuerint, suum debitum consequantur effectum. Dudam siquidem felic. record. Alexander Papa VIII. praedecessor noster pia secunda meditatione perpendit, quod Romana Catholica Ecclesia, quae supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Jesu edificata a Deo Patre misericordiarum perennis gratiae celestis benedictionibus cumulatur, sicut tot documentorum est munita praesidiis, ita Sanctorum Virorum in dies confirmatur exemplis, quae cum ad pietatem magnopere moveant, Divinae mos est Providentiae juxta locorum, & temporum opportunitates suos electos Servos ad eximia Sanctitatis gradum

D. Beatus S.S. albo adscriptus fuerat ab Alex. VIII.

sublimare, ut fideles exemplaria haec intuentes habeant simul, quid venerentur, & imitentur ad venerationem obsequiose demissi, strenue ad imitationem erecti: cumque heroicarum virtutum, praesertim vero ignitae charitatis exemplar insigne prodiderit Beatus Joannes de Deo nuncupatus, qui eandem Ecclesiam nova etiam prole fecundavit Fratrum Hospitalitatis, & Infirmis inservientium longe lateque per Orbem diffusorum, & eximia pietatis opera erga Infirmos in eorum Hospitalibus degentes praeclearo animarum corporumque profectu exercitum, aequum idem Alexander praedecessor existimans, ut Sancti hujus Viri memoriam veneretur Ecclesia, cujus vita, & mors in conspectu Domini, & hominum, fuit virtutibus, & miraculis pretiosa, ad ejus solemnem Canonizationem, processit; utque Christianis studia excitaret ad imitationem, sic ejus virtutes, & miracula summatim exponere, suoque comprobare testimonio, secum ipse decreverat, id quod cum morte praeventus praestare nequiverit, idcirco Nos praesentibus literis declarare statuimus.

Vita B. Joannis, quae ab Alexan. VIII. morte praeventus describitur non potuit.

Ejus Nativitas.

§.2. Natus est itaque Beatus Joannes ex Catholicis, piisque parentibus anno reparatae salutis millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto in Oppido Montis Majoris Junioris Montis Mor il nuovo nuncupati Regni Lusitaniae.

Primordia Sanctitatis.

§.3. Paulo quidem laxiorem vivendi rationem a principio inerat, at cum primum Divina operante virtute aggressus est revocare se, & compescere, magne profecto sanctitatis exhibere specimen coepit, ac jam ab ipso sanctorum vitae rudimento consummatum aliquid perfectumque visus est attingisse. Ob audita predicationem verbi Dei sic fuit ad meliora conversus, ut potius veterem in se hominem deponere decreverit, seque penitus ad Apostolicae vitae praescriptum, normamque formare. Totus igitur ad Deum conversus, & in Patre misericordiarum vehementer confidens, non dubitavit erecto, ac alacri corde ingredi vias Domini, & quascumque difficultates ex ejusdem Dei amore feliciter superare. Quod ut expeditius perageret, & perfectionem a veritate ipsa promissam opere assequeretur, ejusdem consilium illud sequutus: Vade, vende, quae habes, & da pauperibus, cuncta, quae possidebat, divididit, pecuniamque exinde redactam pauperibus, qui carcerum, paedore misere tenebantur, distribuit. Tum salutaris Poenitentiae Sacramento, veteribus animae maculis exterfis, illustre sanctorum propositi documentum non sine praecleara sui victoria in apertum prodidit. Ut enim in renovatione sui spiritus prioris vitae labes aboleret cupiebat, publico in foro, in magna Populi frequentia, in virum alterum mutatus, horrido prorsus capillo squallens, & hirtus comparuit, atque ibi ceno involutus, os humi dejiciens, ac dolens, & lacrymis ubertim diffusus, nudatumque pectus saxo identidem tundens, misericordiam, & peccatorum veniam a Deo toto mentis affectu, & cordis contritione deprecabatur. Tanta spectaculum pietatis multis in diversa trahentibus, maxima demum (ut fieri solet) pars in deterius excepit, & qui tanto Christianae poenitentiae tyrocinio celebrandus fuisset, ceu demens ostentui habetur, congeminatique clamoribus, probris, lapidibus, verberibus, variisque injuriis ibidem, & in carcere quo amentium turba conjicitur,

P 2

Brachii dolore
rem disiecit.

Petrus Francus, qui articulari sinistri brachii dolore molestissimo decem annos laboraverat, quadam die vehementius solito ex cruciatus ad Ecclesiam Clericorum Regularium confugit, ibique ante Beati imaginem emixas preces effudit, nec mora, sedatur decumanus dolor, & brachium pristina sanitate donatur.

Item lethalem febrem.

Franciscus Virga Mediolanensis lethali febre decumbens, mortique proximus, admonitus fuit, ut Cajetani opem imploraret, quod ubi peregit, propulsari, propellique vi quadam a tergo sensit, ut e lecto exileret, paruit impulsui surrexitque, nulla mora incolumis, ac si nunquam decubisset.

Necnon longum morbum

Duodecim annos comitali morbo laboraverat Vienna Musca Vicentina, ea quidem vi, ut viginti quatuor horarum spatio, vel ter miserabiliter caderet, & miserabilibus binas ternasque horas singulis vicibus, sensibus destituta jaceret. Vovit Orationem Dominicam, & salutationem Angelicam ante Imaginem Beati se quotidie recitaturam, votum excepit illico salus, & die quadam post duos menses oblita votum persolvere, rediit illico morbus, sed iterum recessit, cum amplius e memoria non exciderit, datam fidem liberare.

Ulcerum in palato sanavit

Catharina Buranella Veneta tres annos excruciatu fuerat pessimo quodam ulcere in superiori parte palati, carne ad nares usque perforata, adeo ut cum misera biberet vinum per nares excurreret, invocata ex corde ope Cajetani, ejusque imagine naribus, & corrupto ori admota, somnum cepit, ac mane expectata, omni se morbo liberam invenit.

Dolorem in toto corpore extinxit.

Dignamerita Catotia Veneta, quae tredicim annos aqua intercute laboraverat, vehementi cruciatu correpta, & cum sibi forent ossa comminuta, seu luxata, nullo modo meliori se valens, invocato quadam nocte Beato Thienæo, qui sibi radiis circumfusis apparuerat, repente surrexit, omni levata dolore, & integræ incolumitati restituta.

Maligni spiritus e corpore ejecit.

Juliam Crottam puellulam Mediolanensem invaserat, & miserandum in modum vexabat malignus Spiritus, qui exorcismis jussus abscedere, se in Ecclesia Sancti Antonii ante imaginem Beati Cajetani abiturum respondit, quo cum fuisset perducta Puella, malignus Spiritus edito a Parentibus voto exire adactus concussam illam, penesque exanimem, prout in sui discessu indicium futurum prænuñciaverat, ter Beatum nominans reliquit.

Examinatis examinandis a Congreg. defunctum fuit, processu postea ad Canonizationem.

§.19. Hinc Sanctitatis fama juxta, ac Populorum devotione in dies ubique percrebescens, cum opportuni Processus Apostolica auctoritate confecti, ac post eorumdem relationem pie memorie Urb. VIII. similiter prædecessori nostro a tribus Causarum Palatii Apostolici Auditoribus factam in Congregatione tunc Sacris Ritibus præpositorum S. R. E. Cardinalium de ejusdem Urbani prædecessoris mandato, citato etiam, & audito Promotore fidei, ad relationem bonæ memorie Antonii tunc Sanctæ Mariæ in Aquiro Diaconi Cardinalis Barberini nuncupati per plures sessiones acerrime discussi fuissent, & cognito primum super validitate dictorum Processuum, deinde super virtutibus heroicis, & demum super miraculis in vita, & post mortem dicti Servi Dei ab Altissimo patris, iidem Cardinales unanimi consensu decrevisent, tuto posse quando-

cumque Romano Pontifici placuisset ad solemnem Canonizationem præfati Servi Dei deveniri, ac pro parte clar. mem. Ferdinandi II. tunc Romanorum Regis in Imperatorem electi, & Ludovici XIII. tunc Francorum Regis Christianissimi, necnon tunc in humanis agentis Ducis, & Reipublicæ Venetorum, aliorumque Christianorum Principum, ac etiam tunc existentis Præpositi Generalis, & Congregationis Clericorum Regularium Theatinorum nuncupatorum, fuisset eidem Urbano prædecessori humiliter supplicatum, ut interim donec ad solemnem illius Canonizationem deveniretur, idem Servus Dei Cajetanus Thienæus Beatus nuncupari, atque Officium, & Missa de eo ut infra celebrari valeret: Idem Urbanus prædecessor piis præfatorum votis hujusmodi, & supplicationibus annuens de eorumdem Cardinalium consilio, ut ipse Dei Servus in posterum Beatus nuncupari, atque ab omnibus Clericis Regularibus ubique existentibus Officium de communi Confessoris non Pontificis in die ejus obitus recitari, & Missa celebrari juxta Breviarium, & Missalis Romani Rubricas, etiam per Sacerdotes Regulares, & seculares ad eorum Ecclesias confluentes, in Civitate vero Vicentia ubi natus fuerat, & Neapolitana, ubi sacrum ejus Corpus requiescit, in omnibus Ecclesiis, tam secularium, quam regularium Missa, & Officium, ut supra celebrari, & recitari valeret, ac pro tunc decurrente anno dicti Præpositi Generalis, & Clerici solemnem Beatificationem cum Officio, & Missa in die eis benevisti hic Romæ in Ecclesia Beati Andrea de Valle, necnon alii ad illam confluentes celebrare libere, & licite possent, per suas in forma Brevis desuper die 7. Octobris 1629. expeditas literas, licentiam, & facultatem concessit.

Interim ab Urb. VIII. declaratus fuit Beatus cum Officio, & Missa die 7. Aug.

§.20. Verum editis deinde novis Decretis ejusdem Urbani prædecessoris, siluit causa, donec super ejus reassumptione a felic. record. Clemente Papa X. etiam prædecessore nostro signata fuisset commissio, confectisque novis Processibus super iis, quæ post indultam venerationem supervenerant, prævia memoratæ Congregationis declaratione emissa die 29. Nov. 1658. quod de percrebescencia fame venerationis, & cultus erga præfatum Beatum Virum concludenter constabat, in Congregatione coram eodem Clemente X. prædecessore die 11. Novembris 1670. habita, referente bon. mem. Federico nunc Tituli Sancti Petri ad Vincula Presbytero Cardinali Sfortia nuncupato, idem Clemens prædecessor de Venerabilium Fratrum nostrorum, tunc suorum S. R. E. Cardinalium, hisdem Sacris Ritibus Præpositorum consilio, de præfatorum Processuum relevantia constare pronuntiavit, & ex novem tunc propositis, & discussis miraculis, tria tanquam conclusentissime probata, & supra naturæ creatæ vires patrata approbavit.

Approbata relevantia, & veritate trium miraculorum a Congr. definitum fuit, processu postea ad Canonizationem.

Primum siquidem: Processus Licienfis fanationis Franciscæ de Core a cancro exorto in vola manus sinistrae mox exulcerato, gangrena in vaso, & in sphacelum converso cum brachii, & partium cordi adjacentium infestatione, nil profusus juvantibus humanis remediis, frustulorumque putridæ carnis inde facta erosionem ponderis unciarum quinque, absque ullo infirmæ dolore, itaut Chirurgus sequenti mane vellet ei manum abscindere, & brachium ulsi-

ne curare, sed precedenti nocte, uncta manu oleo Lampadis B. Cajetani, cui sese toto corde commendaverat, postmodum se sanam, & incolumem, manumque jam emortuam, & foetentem, vivificatam, absque ullo cicatricis signo comperit, non absque omnium admiratione.

Secundum. Quod est quartum ex eodem Processu, Josepho Ajello, qui cum quatuordecim annorum spatio laborasset cancro exulcerato, Lupa nuncupato, & sinistra coxendicis parte posteriori, qui tribus digitis distans a genu incipiebat, & ad inguinem extendebatur, quatuor digitis in latitudinem progrediens, & tribus in profunditatem, carnem ipsam erodens, & depascens putridus insuper, ac foetens, invocata ope Beati, nunstaque coxendicæ oleo Lampadis ante ipsius aram ardentis, sanus, & incolumis visus fuit absque ullo cicatricis vestigio, pelle siquidem extensa, & æquata, naturali insuper colore prædita, ac si tali morbo nunquam invasus fuisset.

Tertium denique, quod est primum Processus Romani, Nicolai Filii Ducis Gasparis Caffarelli, qui febrim malignam correptus, convulsione cum intensione, & extensione manuum, pedum, & trunci totius corporis instar firenis thoracis infuscis convulsis, absque loquela, aliisque infirmitatibus, & symptomatibus lethalibus oppressus, viribus consumptis, & a Medicis proclamatus, veluti eadem nocte, vigesima nona suæ infirmitatis moriturus. Emisso tandem voto dicto Beato, qui illi radiis, & splendoribus circumfusis apparuit, statim, & incontinenti sanus, incolumis, & robustus compertus est; cum omnimoda virium recuperatione, æque, ac si hujusmodi morbis nunquam laborasset, Medicis, exterisque illud admirantibus, & Deum mirabilem in sermo suo collaudantibus. Quapropter eadem Congregatio accitis iterum Consultoribus censuit unanimi voto, sic annuente eodem Clemente prædecessore, posse quandocumque ad solemnem dicti Beati Canonizationem, juxta Ritus dictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac Sacrorum Canonum Decreta tuto deveniri, eumque cum Deo regnantem definiri, universali Ecclesiæ colendum, & venerandum proponi.

Processus, & suffragia Clem. X. pro Canonizatione ab lata fuerunt.

§.21. Accedentibus itaque Charissimorum in Christo Nostrorum tunc suorum Leopoldi Romanorum Regis in Imperatorem electi, Caroli Hispaniarum Regis Catholici, & Mariannæ Reginae Viduæ ejus Matris, necnon tunc in humanis agentis Ducis, & Reipublicæ Venetorum, ac bon. mem. Ferdinandi Mariæ, dum vixit utriusque Bavarie Ducis, Sacri Romani Imperii Principis Electoralis, & Adalaidis ejus Conjugis, aliorumque Principum Christianorum, necnon tunc existentis præpositi Generalis Clericorum Regularium nomine totius Ordinis, ac demum Civitatis Neapolitanæ precibus, postquam præfatus bon. mem. Antonius tunc Episcopus Prænestinus Cardinalis Barberinus nuncupatus, vice similis memorie Martii Episcopi Portuensis Cardinalis Ginetti nuncupati, memoratæ Congregationis Præfecti, morbo tunc detenti, summam Processus, suamque, & aliorum suorum Collegarum dictæ S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum sententiam, cui ceteri in eodem Consistorio præsentés Cardinales unanimi adhererunt suffragio, retulerat, & in sequenti publico Consistorio, quo præter Cardinales

præfatos, etiam supradicti Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi in Urbe commorantes, ac dilecti filii Romanæ Curie Prælati, ipsiusque Clementis prædecessoris familiares convenerant, Dilectus etiam filius Magister Marcellus Severolus nostræ tunc suæ Consistorialis Aulae Advocatus de Beati viri vita, virtutibus, & miraculis dixerat, ac præfatorum Leopoldi Romanorum Regis in Imperatorem electi, Caroli Hispaniarum Regis Catholici, tunc in humanis agentis Ducis, & Reipublicæ Venetorum, & Ordinis Clericorum Regularium supplices preces instauraverat, idem Clemens prædecessor ejusmodi preces perlibenter excepit, quibus supremi Sanctitatis honores Beato viro expetebantur, & sicut gavisus summopere fuit excitatum eidem triumphum animadvertere in obsequiis Principum, & in veneratione Populorum, ita jure merito fore confidit, ut imitari non pigeret quem celebrare delectabat.

Opera pia indita fuerunt.

§.22. Quia tamen in maximi momenti negotio illius erat exploranda voluntas, qui Sanctorum Principatum tenet, omnes idecirco, & singulos hortatus fuit ex animo, ut precationibus, jejuniis, elemosynis, ceterisque eximie pietatis operibus difficillimam illam ad investigationem, auxilium eidem de Sancto comparare contenderent, sine quo impervia sunt mortalium oculis consilia Divinitatis, qui etiam sententiam præfatorum Venerabilium Fratrum Nostrorum tunc suorum S. R. E. Cardinalium, necnon Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum omnium tunc in Urbe commorantium ad rem in terris celestem consultissime decernendam exquisivit, qui in sequenti Consistorio semipublico ad hunc effectum indicto, præsentibus etiam nostris, tunc suis, & Sedis Apostolicæ Notariis, & Causarum Palatii Apostolici Auditoribus ex iis, quæ ab eo proposita, & ex processu relata fuerunt ad solemnem Canonizationem Beati Cajetani posse procedi, publicis suffragiis censuerunt.

Canonizatio d. Sancti cum aliis 4 a Cle. X. celebrata.

§.23. Quorum unanimi sensu audito, cum nihil aliud desideraretur eorum, quæ ex Sanctorum Patrum auctoritate, sacrorumque Canonum Institutis, præfata S. R. E. consuetudine, ac novorum Decretorum præscripto agenda, & observanda erant idem Clemens prædecessor aperiens os suum in Benedictione, & gratias agens Divinæ Clementiæ, quod tantam suo Servo gratiam contulisset, solemni illius Canonizatione peragenda Dominicam secundam post Pascha, nempe duodecimam tunc immediate sequentis mensis Aprilis Anni reparatæ salutis millesimi sexcentissimi septuagesimi primi, ac primi Pontificatus sui, designavit. Qua adveniente in Sacrosancta Beati Petri Apostolorum Principis Basilica, quo solemni ritu, cum Venerabilibus Fratribus Nostris, tunc suis, ejusdem S. R. E. Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, & Dilectis filiis dictæ Romanæ Curie Prælati, Officialibus, & familiaribus suis, Clero Seculari, & Regulari, ac maxima Populi frequentia mane convenerat, iteratis primo, secundo, & tertio pro Canonizationis Decreto instantiis per Venerabilem Fratrem Nostrum Palatium Episcopum Sabinensem tunc Basilicæ Duodecim Apostolorum Presbyterum Cardinalem de Alteriis nuncupatum, nomine præfatorum Leopoldi Romanorum Regis in Imperatorem

egestate pressas, quibus ne propterea in peccandi discrimen traherentur provide, & opportune succurrebat, abunde diffunditur.

Charitas erga proximos, qua de causa Hospitium aegrotorum instituit.

§.4. Tanquam aurum igitur Joannes in camino tribulationis probatus, cum firmus, ac cossans in Dei pietate persistisset, mox purior accingitur ad currendam viam Domini, & postquam variis pietatis operibus se exercuerat illam prae ceteris vivendi rationem assumpsit, qua animarum simul, & corporum saluti prospiceret. Aegritudinibus itaque, & morbis pauperum Christianissimum curandis totus intentus, domum supellectili piorum elemosynis instruatam in Civitate Granatensi condixit, quo pauperes infirmos, quotquot obvios sibi inveniebat, vel in via languentes, vel fame frigoreve percutientes, propriis humeris deferebat, stipem vicatim, & ostiatim die, noctuque non intermisso labore emendicabat, ac quae duabus portis, & ollis recollecta propriis itidem humeris gestaverat, inter pauperes, & infirmos, prout cujusque exigebat necessitas distribuere. Cum primum domum perveniebat, invisebat omnes, nec prius in privatam se recipiebat quietem, quam publice aegrotantium communitati abunde consulisset, si quid deesset diligenter exquirens, & quidquid opus erat, pie, & provide subministrans, aegrotis ipse medebatur, illisque assistebat, cibum propriis manibus inferens, sordes purgans, lectulos versans, ac sternens, frigidentes igne, famelicos cibo, nudos vestibus refocillans, moerentes confortans, nauseantes exquisitis condimentis reficiens, omnes denique proprio sinu amplexuque convovens, quasi optaret omnes intra sua viscera recondere. Aucto aegrotantium hospitem ingenti numero, opus inceptum in Domino confidens non intermisit, quinimo majus valetudinarium instituire non dubitavit, illudque omni pharmacorum, opumque apparatu instructum voluit. Illuc ipse per se, & alios, quos interim ejusdem Instituti socios admiserat, pauperum, & miserorum agmina, & quotquot commiseranda paupertas necessaria febribus, reliquisque morbis medicamenta adhibere non sineret, colligere, cosque iisdem pietatis operibus recreare charitate in dies ferventiori continuavit. At quia eximia haec proximorum dilectio non eo solum tendebat, ut a languoribus corporis sanarentur, sed potissimum, ut animarum salute proficerent, eos salutaribus Ecclesiae Sacramentis muniri, & refocillari, piisque hortamentis, & opportunis sermonibus disponere, & confirmare statagebat, avide animarum corporumque incolunitatem anhelans. Nec servens Joannis charitas intra limites Nosocomii coarctatur, sed ad externos, etiam pauperes honestos praesertim, & verecundos, quos secretis elemosynis sublevabat, & mulieres summa

egestate pressas, quibus ne propterea in peccandi discrimen traherentur provide, & opportune succurrebat, abunde diffunditur.

§.5. Quanta autem effundebatur beneficentia, & misericordia erga pauperes, tanta fiebat abstinentia, & asperitate contra se ipsum, semel in die cibo, & quidem parcissimo utebatur, quem sibi eo libentius detrahebat, quo affluentius distribuere in egenos, impendens virtuti quod subtrahere voluptati, ut fieret refectio pauperis abstinentia jejunantis. Erat ei vestis vix ad genu demissa, villosa, & apprimere rudis, quae simul corpus tegetet, & affligeret, & ipsa etiam subucula carens: capite, pedibus, tibisque denudatis diu noctuque, licet temporum injuriis semper expositus extremo frigore algeret, seu ardenti calore aestuaret, huc, illuc, quo pietatis opera eum impellebant, incedebat. Brevis ei lectulus erat, & qui vel nudo solo vix asperitate concederet, brevior ad huc quem in eo carpebat somnus, diuturnis vigiliis, multoque interpellatus dolore, carnemque, ut spiritui magis, magisque obsequentem redderet, cilicio, ferrea cuspidis, rigisque feris contexta, necnon funiculari, vepribus, flagris, aliisque durae verberationis instrumentis domabat. Sic itaque castigans corpus suum, & in servitutem redigens, meruit illud integrum, & a noxiis delectationibus eo usque custodire, ut castitatis ipsius candor ne suspitionis quidem maculam merito admittere possit.

Abstinentia, & asperitas.

Castitas.

Cura de aliena honestate.

§.6. Nec propria virtute contentus, sed imitatus Salvatorem, qui venerat vocare peccatores, enixam, & indefessam curam adhibuit, ut omni conatu carnis concupiscentiam a proximis hujusmodi vitio apprimere inquinatis exterminaret, statis diebus quasi venabundus lupanaria ingrediebatur, ut meretrices a demonis servitute vindicaret, illas hortationibus, precibus, lacrymisque detrahere studebat ab impudicitia, ac pro ipsarum conversione Deo enixas preces fundebat; ubi vero illa non proficiebant, aequalem futuro meretricis lucro pecuniam offerebat, ut a flagitiis perpetrandis, vel ita se coercerent; cumque consideret in Domino, vacua non fuit spes ejus, nec labor sine fructu, pluribus ex illis perditis, & devius animabus ad bonam frugem, & viam salutis redactis: nec dissimiles fuerunt ejus cure, ut indigentibus mulieribus, honestis viduis praesertim, & virginibus clam alimenta subministraret, oblato ad laborem exercitio, ne otium in pudicitiam honestatemque peccandi anam injiceret.

Obedientia.

§.7. Ad obediendi obsequium experrectus semper & paratissimus extitit; non solus enim abnegavit semetipsum, ut Evangelicae legis praeccepta servaret, sed hominum etiam voci obedivit ut acciperet benedictionem a Domino. Quare cum ad certam disciplinae normam suum Institutum conformasset, ei qui ex omnibus erat moderator electus, omnia voluntatis arbitria, omnia mentis suae sensa submiserat, nihil quod ei non probaretur amplectens, nihil quod mandatum ab eo foret, detrectans, cum in lethalem morbum incidisset, a nobili, pique Matrona enixe rogatus, ut pateretur se in ejus Domum, ubi commodius curari posset, transferri, plane restitit, se ritu pauperum, atque ad Sanctae normam paupertatis emori omnino velle respondens. Interea rei conscius factus Archiepiscopus

Gr-

Oraciones.

In ejus ortu infuens splendor, & sonitus Campanae.

Ab incendio servatur illisus.

Obitus pius, & mirabilis.

Funera.

Granatensis illi in obedientiae legem praecipit, ut Matronae votis extemplo obsequatur; nihil cunctatus Joannes uti obedientiae filius Archiepiscopi mandato venerabundus statim obtemperavit, quam quidem obedientiae virtutem adeo est amplexus, ut non modo superioribus suis obsequenter obediret, verum etiam si quid pueri ipsi ob Dei amore jusserent, exequi non detrectaret.

§.8. Orandi studium divinarumque rerum contemplatio in Joanne mirifice excelluit. Cum brevissimum esset tempus, quod quieti appendebat, provolutus in genua profusus suavissime lacrymis modo ore supplicans, modo mente contemplan, noctes pene traducebat infomnes. Rosarii exercitium, aliaque in Beatam Virginem pietatis obsequia erant illi in deliciis, ita ut inter ipsa, quae ad pauperum subsidium, vel solatium obibat ministeria non raro totus in preces effusus, ac in Dei contemplatione defixus videretur. Hinc placuit Altissimo, qui inquirentibus se remunerator est, ac mirabilis in Sanctis suis, Joannis ortum, vitam, obitum, & quae ipsum obitum subsequuta sunt tempora variis indicis illustrare.

§.9. Ortum quippe fuisse puerum in sortem Domini sublimiter electum infuens splendor super ejus Domo resurgens, sonitusque aris campani sua sponte emissus ab ipso ejus Nativitatis instanti non obscure praenunciavit. Inter Divinae Charitatis flammam vivere assuetus, terrore absumi non valuit incendio, e quo dextera omnipotentis illevis exivit. Cum enim maximum in Regio Granatensi valetudinario excitatum fuisset incendium, & universa Civitas accurrisset, ut non tam aedificii, quam Infirmorum consulere praeservationi, advolvit etiam Joannes, ad Officia charitatis semper paratus, ceterisque incendii voracitate detentis, impavidus profudit in ignem, huc illic discurrens, quousque tum infirmos humeris exportatos, tum lectulos e fenestris projectos ab igne vindicavit: sed jam in immensum succrescentibus, & corpus undequaque ambientibus flammis circumventus cum per dimidium horam ab omnium oculis ereptus communi moerore deploraretur, e medio igne redux incolumis, omnes gaudio simul, & admiratione complevit, in schola charitatis edocens segniorem in eum fuisse ignem, qui foris ufferat, quam qui intus accenderat.

§.10. Jam vero humanae vitae spatium feliciter emensum, & tempus resolutionis suae instans, non minus pius, & felix obitus die 8. Martii Anno salutis millesimo quingentesimo quinquagesimo, terminavit. Lecto enim infirmatus decumbens omnibus Ecclesiae Sacramentis ab ipsomet Granatensi Praesule rite, sancteque refectus, assistentes omnes dimisit, viribusque in extrema vitae periodo licet destitutus, propriis indutus vestibus interitum e lectulo proficiens, ac provolutus in genua, manu, & corde imaginem Salvatoris crucifixi, quem servide vivens dilexerat, perstringens, inclinato ad ejus pedes capite obiit in osculo Domini, quem etiam mortuus tenuit, nec dimisit, ac in eadem corporis constitutione ab iisdem assistentibus ad eum paulo post redeuntibus repertus, sex circiter horas quousque indormotus fuisset, mirabiliter permansit, odorem mire fragrantem distillans.

§.11. Illuc universa Civitas Granatensis rei novitate vulgata, ut eum sic consistentem, &

suave olentem admiraretur, confluit, eandemque, & finitimi etiam Populi eminentem de sanctitate Joannis conceptam opinionem eximio funere propalarunt. Optimates subivere feretrum, quod Religiosi omnes Confraternitates, totus Clerus longa serie praecedebant; universa vero Civitas etiam cum Togatis, Armatisque Receptoribus, aliisque, qui advenerant, devoto moerore, & luctuosus laudibus sequebantur. Corpus ad Ecclesiam Victoriae nuncupatam delatum, ut a confluentis undique multitudinis manibus eriperetur statim fuit sepulcro reconditum, aliis adhuc precarios globulos feretro admoventibus, aliis frustra arce, ut tanquam Sancti reliquias asserverent, subripientibus. Cum Joannis tamen funere Sanctitatis fama non interiret, sed in dies mirabiliter excrevit gratis, signis, & miraculis, quibus Omnipotens Deus venerationem Populorum erga suum fideleservum dignatus est promovere. Mulier ob inversum penitus foetum uteri doloribus premebatur gravissimis, sed baculi, quo vir Dei vivens utebatur contacto expeditam illico prolem emisit, omni profusus levata dolore. Eundem proinde baculum parturientium laboribus futurum levamen consulens in posterum fidelium pietas non sine similibus gratiarum impetratione in Ecclesia Corporis Christi asseravit. Febres itidem, & vermium affectiones exigua terrae portio a patria domo desumpta haud raro disjecit. Sebastiana Gomez cruces ulcere putrido, magno corrosivo, & calloso ad octo menses indoluerat, nihilque proficientibus, quae applicabantur, medicamentis, & profusus destituta a Chirurgo affirmando illud esse insanabile, & indigere validioribus diuturnisque medicaminibus, quibus etiam difficillime curari posset, ad Joannis opes confugit, cui cum voto se devinxisset, nullo adhibito medicamento evasit incolumis. Savina Baptista quatuor annorum puella oculorum e nimio maligni humoris illapsu usum plane perdidit: Haec cum primum ejus genitrix illam, si ad pristinum visum restitueretur, Religiosis Beati Joannis insignibus induere spondidit, statim oculorum usum omnino sanum recuperavit. Philippa Araza quatuor pariter annorum Puella, ex febris, & immoderata per os, & nares sanguinis effusione pene animam agebat, sed statim, ut exiguum pulveris e Domo Joannis acceptum naribus Philippae admotum fuit, sanguis, & vita stetit. Aestuabat acerrima febris Beatrix Catebre de Gama pene sexagenaria, sicque mensum exegerat, sensuum omnium spatio decem, & octo dierum expers, non sine summo vitae discrimine, desperantibus illius salutem Medicis, cum vix aegrotantis collo portuacula terrae Domus Servi Dei appensa fuisset, illa ad deperditos sensus revocata est, ac deinde absque aliqua medicamentorum ope convaluit.

Mulier contacto ejus baculo peperit.

Febres, & vermes disiecit.

Mulier a crucis ulcere liberata.

Puella oculorum usum recepit.

In alia sanguinis effusio cessavit.

Anus a mortali infirmitate convaluit.

Predicte virtutes heroicae, & miracula de more approbata fuerunt.

§.12. Quapropter cum excrecente fama sanctitatis hujus eximii viri Joannis de Deo opportuni processu auctoritate Apostolica confecti, hique primum a tribus causarum Palatii Apostolici Auditoribus examinati, & subinde distincta eorum per dictos Auditores edita relatione, in Congregatione tunc sacris Ritibus Praepositorum S.R.E. Cardinalium per plures sessiones discussi, ac recognita illorum validate virtutes heroicae ejusdem famuli Dei, & miracula ab Altissimo per ejus intercessionem, ante, & post feli-

felicem ipsius in Domino obdormitionem patratam, approbata fuissent, distaque Congregatio bon. mem. Petro Maria Sancti Georgii tunc Diacono Cardinale Burghesio nuncupato referente unanimiter decrevisset, tuto posse, quandocumque Romano Pontifici placuisset, ad solemnem memorati Joannis de Deo Canonizationem procedi, & interim nuncupari Beatum, Missamque, & Officium de eo celebrari, & recitari, pia mem. Urbanus VIII. Prædecessor noster, precibus clar. mem. Ferdinandi Secundi tunc Romanorum Regis in Imperatorem electi, & Philippi IV. pariter tunc Hispaniarum Regis Catholici, & Isabella ejus Conjugis, aliorumque Principum, necnon tunc existentium Majoris, & Confratrum Congregationis ipsius Beati viri Joannis Dei sibi super hoc porrectis annuere volens, de supradictorum Cardinalium, Sacris Ritibus præpositorum consilio, ut idem Dei famulus in posterum Beatus nuncupari, & de eo ab omnibus dictæ ejus Congregationis Regularibus quotannis in die commemorationis ejus obitus Officium recitari, & Missa celebrari de communi Confessorum non Pontificum ritu duplici majori per annum juxta Rubricas Breviarum, & Missalis Romani, & quoad Missam, etiam ab aliis Regularibus, & Sæcularibus Sacerdotibus ad illorum Ecclesiam confluentibus; in Civitate verò Granateni in Ecclesia tamen, ubi Sacrum illius corpus requiescebat, & in supradicto Oppido Montis Majoris Junioris *Monte Mer il nuovo* vulgariter nuncupatur, ubi is Dei Servus natus est in omnibus Ecclesiis tam Sæcularium, quam Regularium, Officium, & Missa ritu duplici majori recitari, & celebrari valerent per suas in forma Brevis desuper die 21. Septembris 1630. expeditas Literas indulserat.

§.13. Cunque postmodum signata a recol. mem. Clemente Papa IX. similiter prædecessore nostro commissione reasumptionis Cause Canonizationis hujus Servi Dei in statu, & terminis, in quibus post illius Beatificationem reperiebatur, novæ Literæ remissoriales pro consecutione Processuum super iis, quæ in Urbe Neapoli, Granata, & Madriti supervenerant, expeditæ fuissent, & processuum inde confessorum validitate subinde probata in Congregatione die 9. Februarii 1675. habita ad discussionem relevantiæ deventum fuisset; tandem similis memoria Innocentius Papa XI. etiam prædecessor noster, auditis dilecti filii nostri tunc sui Gasparis Tit. Sanctæ Mariæ Transtiberim, tunc Sancti Silvestri de Capite Presbyteri, & Cardinalis Carpinei nuncupati relatione, & Consultorum, Sententia, ac Venerabilium Fratrum Nostrorum tunc suorum S.R.E. Cardinalium iisdem Sacris Ritibus præpositorum suffragiis, duo ex pluribus miraculis post concessam, ut supra, venerationem a Deo editis in antedicta Congregatione mature discussis juxta processum alterum Neapolitanum, alterum Romanum probaret, primum videlicet instantaneæ sanationis Joannis de Marino cruribus, & tibiis impotentis, & attracti spatio septennii; & secundum instantaneæ sanationis Isabella Arcelli a bubonibus, peticulis, & carbunculis in humeris absque cicatricibus. Quibus sic stantibus, & absolutis omnibus, quæ novissima Decreta dicti Urbani prædecessoris exigebant, idem Innocentius prædecessor subinde nempe die 13. Junii 1689. declaraverat, tuto

posse quandocumque procedi ad solemnem præati B. Jo. de Deo Canonizationem juxta S.R.E. Ritum, & Sacrorum Canonum Decreta, illumque cum Deo regnantem in gloria, Sanctorum Catalogo universalis cultu venerandum adjungi.

§.14. Interim vero eodem Innocentio prædecessore viam universæ carnis ingresso, ultima manu huic Canonizationis negotio nondum admota, cum alia preces dicto Alexandro præfati Innocentii Successori, Nostro autem prædecessori a Charissimis in Christo filiis Nostris Leopoldo Romanorum Rege in Imperatorem electo, Carolo Hispaniarum Rege Catholico, & Petro Lusitanie, & Joanne Poloniæ Regibus Illustribus, ac denique ab universo ejusdem B. Viri Religioso coetu porrectæ fuissent, ac subinde Venerabilis Frater Noster Flavius Episcopus Portuensis S. R. Ecclesiæ Cardinalis Christus nuncupatus vice Venerabilis etiam Fratris Nostri Aldebrandi Episcopi Ostiensis S. R. E. Cardinalis Cybo nuncupati præfate Congregationis Præfati morbo tunc detenti, in Consistorio ipsius Alexandri Prædecessoris secreto summam processum, suamque, & aliorum Collegarum suorum d. S.R.E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum sententiam exposuisset, ceterique in eodem Consistorio præfentes Cardinales ei unanimi suffragio adhaesissent, & postea in alio publico Consistorio, quo præter Cardinales præfatos, etiam supradicti Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi in Urbe commorantes, ac dilecti filii Romanæ Curie Prælati ipsiusque Alexandri prædecessoris familiares convenerant, Dilectus etiam filius Magister Dominicus Taurusus Nostræ, tunc suæ Consistorialis Aulae Advocatus de vita, virtutibus, & miraculis dicti Beati Joannis de Deo dixisset, atque nomine Principum, & Religiosorum præfatorum supplices deprecationes pro ejusdem Canonizatione detulisset, dictus Alexander eas deprecationes effuso cum exultantis animi sensu excepit, & attendens, quod Ecclesiæ Catholice gloria etiam in numero, & excellentia Sanctorum, qui illam illustrarunt, sit reposita, gavisus summopere fuit, ab eximius prædicti, & aliorum Beatorum virtutibus meritisque in eodem Consistorio relatis præstantissimum sibi præberi argumentum, ejusdem Ecclesiæ gloriam amplificandi, firmam præsertim in spem adductus, fore, ut fideles tunc ejus supremæ custodiæ commissi ad tam præclara sequenda vestigia vehementer excitarentur.

§.15. Ut autem difficillimum opus rite conficere valeret, a memoratis fidelibus juxta præscriptas jam a se salutare poenitentias pia ferventiaque nuncupari vota, impense in Domino flagitavit, ut supernorum luminum Pater caligantis humanitatis velo rescisso, Divinum beneplacitum, sine prævia cujus intelligentia infirma fuisset quolibet deliberatio, notum sibi aperte faceret, & mani estum. Quin etiam ad omnes accuratissimi Judicis partes implendas, antequam super re tam magni momenti decerneret, advocavit in consilium præfatos Venerabiles Fratres Nostros tunc suos S.R.E. Cardinales, necnon Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos tunc in Urbe commorantes, qui postmodum in Consistorio semipublico ad hunc effectum indicto, præfentibus etiam Nostris, tunc suis, & Sedis Apostolicæ Notariis, & Causarum Palatii Apostolici Auditoribus ex iis, quæ ab eo pro-

Preces, & suffragia Alex. VIII. pro Canonizatione oblata fuerat.

Indictæ fuerant poenitentia.

A Congregatio de hunc fuit vocati Beatus & ad Canonizationem procedi.

Hinc ab Urb. VIII. declaratus fuit Beatus cum Officio, & Missa die 8. Martii.

Sus Clem. IX. ad discussionem relevantiam deventum fuit.

Deinde approbata fuerat duo miracula post Beatificationem patratam, videlicet, 1684.

Unde ab Innoc. XI. declarati fuit, tuto procedi posse ad solemnem Canonizationem.

proposita, & ex processu relata fuerant, Beatum Joannem de Deo canonizandum esse, apertis suffragiis unanimiter consenserunt.

§.16. Quibus sic peractis, cum nihil aliud desideraretur eorum, quæ ex Sanctorum Patrum auctoritate, Sacrorum Canonum Decretis, præfate S.R.E. antiqua consuetudine, ac novorum Decretorum præscripto agenda, & observanda erant, idem Alexander prædecessor decimo septimo Kalendas Novembris anno præterito millesimo sexcentesimo nonagesimo Pontificatus sui secundo in Sacrosancta Beati Petri Apostolorum Principis Basilica, quo solemniter cum Venerabilibus Fratribus Nostris, tunc suis S.R.E. Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filiis dictæ Romanæ Curie Prælatibus, Officialibus, & Familiaribus suis, Clero Sæculari, & Regulari, ac maxima Populi frequentia mane convenerat, iteratis primo, secundo, & pro Canonizationis Decreto petitionibus per dilectum filium Nostrum, tunc suum Petrum Sancti Laurentii in Damaso Cardinalem Ottobonum nuncupatum nomine præfatorum Leopoldi Romanorum Regis in Imperatorem electi, & Caroli Hispaniarum Regis Catholici post Sacros Hymnos, Litania, aliasque preces, & post Spiritus Sancti gratiam rite imploratam, ad honorem Sanctissimæ, & individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei Catholice, & Christianæ Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Jesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac sua matura deliberatione præhabita, & Divina ope sæpius implorata, ac de præfatorum S.R.E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum tunc in Urbe existentium consilio, Beatum Joannem de Deo, una cum Beatis Laurentio Justiniano, Joanne a Capistrano, Joanne a Sancto Facundo, & Pachale Baylon Sanctorum esse decrevit, & definit, ac Sanctorum Catalogo adscriptis, statuens ab universalis Ecclesiæ quolibet anno die octava Martii memoriam ipsius inter Sanctos Confessores non Pontifices pia devotione recolere debere. In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen.

§.17. Eademque auctoritate omnibus utriusque sexus Christianidelibus vere poenitentibus, & confessis, qui annis singulis in die Feste ejusdem Sancti Joannis, ad Sepulchrum in quo ejus corpus requiescit, visitandum accessissent septem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis poenitentis misericorditer in Domino relaxavit in forma Ecclesiæ consueta. Postremo Deum Patrem æternum, Regemque gloriæ Christum Dominum Patris sempiterni filium, & Sanctum Paraclitum Spiritum, unum Deum, unumque Dominum laudibus, & Confessionibus venerat, sacroque Hymno Te Deum decantato, peculiari oratione etiam per dicti Beati Joannis merita precatus fuit, atque Missæ ad Altare Beati Petri Apostoli cum ejusdem Beati Joannis commemoratione a Venerabili Fratre Nostro tunc suo Palatio Episcopo Sabino S.R.E. Cardinale de Alteris nuncupato solemniter celebrata interfuit, omnibusque Christianidelibus tunc præfentibus plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem concessit. Justum itaque, & æquum idem Alexander existimabat, dare gloriam, honorem, & benedictionem viventium

seculorum, qui justum hunc sic deduxit per vias rectas, & honestavit in laboribus suis, ut esset sanctus, & immaculatus coram ipso, divinaque misericordia illiusque meritis fretus sperabat confidentius, ut idem justus, qui in hoc mundo cor suum tradiderat ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecerat illum, in conspectu Altissimi pro Christianæ Reipublice necessitatibus deprecaretur, & flagella divina iracundiæ, quæ pro eorum peccatis mortales meruissent, averteret.


§.18. Ne autem de Decreto, definitione, adscriptione, Statuto, relaxatione, concessione, voluntate, aliisque præmissis pro eo, quod super illis ipsius Alexandri prædecessoris Literæ ejus superveniente obitu consecræ non fuerant, valeat quomodolibet hæsitari: Volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quod Decretum, definitio, adscriptio, statutum, relaxatio, concessio, voluntas, aliaque præmissa dicto die decimo septimo Kal. Novembris suum consequantur effectum, ac si super illis ipsius Alexandri prædecessoris Literæ sub datum ejusdem die consecræ fuissent, prout superius enarratur; quodque præfentes Literæ ad probandum plene, Decretum, definitionem, adscriptionem, Statutum, relaxationem, concessionem, voluntatem, aliaque præmissa ubique sufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur.

§.19. Cæterum, quia difficile foret præfentes Nostras Literas ad singula loca, ubi opus esset deferri, volumus, ut earum exemplis etiam imprellis, manu publici Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem ubique fides adhibeatur, quæ eisdem præfentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

§.20. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum voluntatis, & Decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo primo, Idibus Jul. Pontif. Nostri Anno Primo.

✠ Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.



† Ego

Canonizatio R. Joannis, a hincque quatuor ab Alex. VIII. celebrata fuit.

Concessa fuit die anniversaria Indulg. 7. ann. & totid. Quadrag.

Item Canonizationis die Indulg. Plen.

Relata omnia verissima declarantur ab hoc Pontifice.

Claufula.

- † Ego Aderanus Episcopus Ostiensis Cardinalis Cybo.
- * * *
- † Ego Jacobus Episcopus Tusulanensis Cardinalis Franzonus.
- † Ego Petrus Episcopus Sabinen. Cardinalis de Aleris S.R.E. Camerarius.
- † Ego F. Tit. S. Maria in Via Presbyter Cardinalis Madaledinus.
- † Ego Carolus Tit. S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis Barberianus.
- * * *
- † Ego Gaspar Tit. S. Maria Transiberim Presbyter Cardinalis Carpinus.
- * * *
- † Ego Franciscus Tit. S. Matthaei in Merulana Presbyter Cardinalis Nerlius.
- † Ego Hieronymus Tit. S. Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis Casanate.
- † Ego Galeatus Tit. S.S. Quirici, & Julitta Presbyter Cardinalis Marefcottus.
- † Ego Fabricius Tit. S. Chrysogoni Presbyter Cardinalis Spada.
- † Ego Joannes Baptista Tit. S. Cecilia Presbyter Cardinalis Spinola.
- † Ego Savus Tit. S. Petri in Vincula Presbyter Cardinalis Millinus.
- * * *
- † Ego Marcus Antonius Barbadius Tit. S. Susanna Presbyter Card. S. Susanna.
- * * *
- † Ego Joannes Tit. S. Petri in Monte Auro Presbyter Cardinalis de Gassen.
- * * *
- † Ego Joseph Saaps Tit. S. Balbina Presbyter Cardinalis de Azuirre.
- † Ego Leander Tit. S.S. Nerei, & Achillei Presbyter Card. Colloredus M. Penitentiaris.
- † Ego Bandinus Tit. S. Thoma in Parione Presbyter Cardinalis Panciaticus.
- † Ego F. Tit. S. Clementis Presbyter Cardinalis de Abdua.
- † Ego Tassanus Tituli Sanctae Agnetis extra Mœnia Presbyter Cardinalis de Janson de Foswin.

- † Ego Franciscus Tit. S. Maria de Populo Presbyter Cardinalis Judice.
- † Ego Joannes Baptista Tit. S. Bernardi Presbyter Card. Coghagurus.
- † Ego Urbanus S. Maria in Via-Lata Diaconus Cardinalis Sacchetti.
- † Ego Benedictus S. Agathe Diaconus Cardinalis Pamphilius.
- † Ego Petrus Tituli S. Laurentii in Damaso Cardinalis Diaconus Ostobonus S.R.E. Vice-Cancellarius.
- † Ego Carolus S. Maria in Cosmedin Diaconus Card. Bichius.
- † Ego Aloysius S. Maria in Porticu Diaconus Cardinalis Homodeus.
- † Ego Joannes Franciscus S. Adriani Diaconus Card. Albanus.
- † Ego Laurentius S. M. in Aquiro Diaconus Cardinalis de Aleris.

V.
Promulgatur Canonizatio S. Joannis a S. Facundo Ord. Erem. S. Augustini, una cum Indulgentia in ejus Festo. Dat. 19. Julii 1691. An. 1.

Permissum fuit ejus Officium & Missa a Clem. VIII. die 19. Junii 1601. Sanctus vero declaratus fuit ab Alex. VIII. die 16. Octob. 1690, P. 1. alias Canonizationes vide in Constitutione antecedenti, & sequenti.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Rationi congruit, & convenit aequitati, ut ea, quae Romani Pontificis provida deliberatione, ac Venerabilium Fratrum suorum S.R.E. Cardinalium, necnon Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum tunc in Romana Curia commorantium unanimi consilio decreta, definita, & statuta fuerunt, licet ipsius superveniente obitu litera Apostolica desuper confecta non fuerint, suum debitum consequantur effectum.

§.1. Dudum siquidem felicitis recordationis Alexander Papa VIII. Praedecessor Noster piasecum consideratione perpendens, quod Gloriosus in Majestate sua Unigenitus Aeterni Patris Filius Christus Dominus, & Redemptor Noster, qui omnes Homines vult salvos fieri, & veniens in hunc Mundum pacem evangelizavit, e Calorum summitate prospiciens conditionis humanae dignitatem, satis nunquam deplorata miseria, cui primi Parentis culpa dedit initium, de-

Exordium.

Qua de causa hic Beatus SS. alio asseritus fuerit ab Alex. VIII.

formatam, criminumque tenebris obscuratam, ineffabili semper dispositione providit, ut suis apertemporibus exurgerent Viri sanctitate conspicui, qui hominibus senescente Mundo in pejorarentibus adjutrices manus porrigerent, & gliscentium vitiorum spinas de Ecclesiae vinea evelerent, ac tanquam lucernae inter effusas peccatorum tenebras viam ad caelestem Patriam monstrarent. Et hinc dum Hispania partim Mahumetanæ perfidia, & Saracenæ tyrannidis pertinacibus adhuc reliquiis occupata, partim frigescente charitate praepotentibus, ac pluribus dira praesertim simulatis vitiis languebat oppressa, ad illuminandas obtenebratas peccatorum mentes, eosque revocandos ad viam salutis, & pacis, Joannis de Sancto Facundo nuncupati spiritum suscitavit, qui in tempore iracundiae factus reconciliatio, ac amulatus charismata meliora, ore simul, & opere doceret, quanta erga Deum afflueret charitate, quanta in proximum dilectione, quantoque contra vitia, & dissidia afficeretur odio, factus contra ea declamator acerrimus. Justum proinde idem Alexander Praedecessor ratur, ut eximium hunc Virum virtutibus, & miraculis praecellens, quem corona expressa signo Sanctitatis Dominus redimiverat in Caelis, Sanctorum etiam laurea coronaret in terris, operi jamdiu pertractate Canonizationis ultimam manum admovit, servatis tamen servandis, & praeviis legitimis processibus, quorum summam juxta memorati Praedecessoris praordinationem ad perpetuam rei memoriam, & Christi fidelium aedificationem hinc Apostolicis literis duximus recensendam, ut sequitur.

Vita d. Sancti ab hoc Pontifice describitur.

Ejus Nativitas & pueritia.

Adolescentia.

§.2. In Oppido Sancti Facundi vulgariter Sahagun nuncupati, eaque Hispaniae parte, quae vergit ad Septentrionem, prope Dioecesim Legionensem post diuturnam matris sterilitatem, pius parentum precibus impetratus Joannes circa annum reparatae salutis millesimum quadringentesimum trigentesimum natus est: ut vero fortitius erat animam bonam, pie a parentibus educatus coepit ab ipsa pueritia non obscura dare futurae sanctitatis indicia. Praeventus enim a Domino in benedictionibus dulcedinis, & inde puerilia pertusus, ac de pace condiscipulorum sollicitus, quae ad concordiam, bonos mores, pietatem, ceterasque virtutes conferebant, illis proponebat, ejusque zelo successus, qui lingua infantium facit esse disertas, ubi vel locus, vel saxum prominens occurrebat, mira supra aetatem facundia concionabatur, innocenti praesignans tyrocinio, quantus, quamque proficius praeco altissimae veritatis esset futurus.

§.3. Aetate, & virtute adolescens humanioribus literis, Philosophiae, & Theologiae, multoque magis pietati operam dedit apud Monachos Sanctorum Facundi, & Primitivi. Interim vero ordinatus in Clericum, beneficio, cui cura animarum imminerebat, per Vicarium, donec ad Presbyteratum promoveretur regendo, Patre admittente praepositus. At evangelicum documentum boni pastoris cognoscens oves suas, & ab illis cogniti reformidans, atque inde anxius tum de ovibus non pastoris, sed mercenarii custodiam, quamvis temporaliter creditis, tum de fructibus non suis, sed interpositae personae labore partis, illibatam conscientiam, cuius stimulis angebatur, non prius, quam

eadem beneficio dimisso pristinae tranquillitati restituit.

§.4. Emenso studiorum curriculo inter Episcopi Burgenfis familiares adscitus, ea enituit morum honestate, praeclearaque indolis specie, ut apud ipsum intimam nactus benevolentiam, & gratia valens, pro omnibus, praesertim pro pauperibus ad suum Pastorem confugientibus non inutilis intercessor existeret. Sacris insignitus ordinibus a memorato Episcopo amplo Ecclesiae Burgenfis Canoniatu donatus, post aurum non abiit, nec speravit in pecunia, & thesauris, sed manum suam inopi liberaliter aperiens, & palmas suas extendens ad pauperem, uti fidelis dispensator, & prudens, uberes disti Canoniciatus, & aliorum beneficiorum fructus dispersit, dedit pauperibus, ut justitia ejus maneret in saeculum saeculi.

Pura argumenta charitatis, erga proximum.

§.5. Nec tamen hic subsistit ardens ejus Deo placendi, & serviendi desiderium, sed ut proprium electorum est, ire de virtute in virtutem, ad altiora respiciens, & Christum propter Christum non propter sua quaerens, familiari, quo apud praefatum Episcopum Burgensem fungebatur ministerio, Canoniatu, & beneficiis omnibus abrenunciatis, solisque elemosinis pro Missae sacrificio ad sui sustentationem contentus, ferventius orationi, & attentius factorum librorum lectioni animum adjunxit, & ne sibi solum, sed aliis viveret, coepit verbum Dei magno auditorum concursu, parique profectu in eadem Burgenfi Civitate annuciare.

§.6. Irreperat tunc Salmantice summa, & impunis peccandi licentia, adeoque exarserrant potissime inter Nobiles intestina odia, & pertinacia dissidia, ut inde Civitas in efferratas factiones scissa, maxima animorum acerbitate, caedumque frequentia sevirer, quando Aeterna Majestas charitatem Servi sui, ut illuc tanquam pacis Angelus pergeret, excitavit. Pius ibi operibus, & verbi Dei praedicationi praeviribus, & utiliter plurium annorum spatio addictus, nihil timuit, nihil recusavit, nihil omisit, ut animas peccatorum caeno eruens, Deo lucrifaceret, & civiles flammam rore pietatis, & imbre praedicationis extingueret.

§.7. Sed ut Dei victus in infirmitate Joannis magis eluceret, gravi calculorum morbo corripitur, a quo eum non posset, nisi extremo, & ancipiti sectionis remedio Medicorum judicio liberari, in eo qui sanat omnes infirmitates, confusus, votum vovit religiose vitae institutum capefendi, si ab eodem gravi morbo, graviorique sectionis discrimine ad majorem Dei gloriam convalesceret. Exausivit Dominus deprecationem Servi sui, qui pristinae restitutus sanitate, reddidit Altissimo vota sua in Religione Eremitarum Sancti Augustini, selecto Salmanticensi Conventu, ubi Regularis disciplinae strictior observantia vigebat.

Ingressus in Religionem S. Augustini, & in ea profectus.

§.8. Annum agens probationis, licet aetate provectus, gradu Baccalaureus, Ordine Sacerdos tanta enituit humilitate, modestia, & obedientia, ut tanquam lucerna super candelabrum luceret omnibus, qui in domo erant; tyrocinium quippe Religionis virtus veterana praecesserat. Emissa professione per arduas Regularis perfectionis semitas abnegando semetipsum, jactoque profundo fundamento humilitatis in sublimi virtutum consurrexit, & exinde anima-

rum